

JK
H7
54

*De studio hominum aeternam
sibi comparare memoriam*

II f
1133
i. stud.
ac, no
memor

X 1860441

PERENNE
 PRINCIPALIS GLORIÆ
 MONUMENTUM,
 REVERENDISSIMO OLIM AC SERENISSIMO
 PRINCIPI AC DOMINO,
DN. AUGUSTO,
 PRIMATI GERMANIÆ ET ARCHI-
 EPISCOPATUS MAGDEBURGENSIS ADMI-
 NISTRATORI, DUCIQUE SAXONIÆ,
 JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM
 &c. &c. &c.

MULTO GLORIOSISSIMO, SACRUM,
 CRASTINA LUCE, SI DEUS DEDERIT,
 H. L. Q. C.

à MUSIS AUGUSTIS
SOLENNI ORATIONE
 RENOVANDUM,
 DECENTISSIME INDICIT

M. JOHANN. CHRISTOPH. Stange/
 Phil. Civil. & Eloqv. Prof. Publ.

LEUCOPETRÆ,
 Ex Officina Brühliana.





Uo accuratius conditoris sui similitudinem referret homo integer, nullaque adhuc peccatorum labe infectus, corpus quoque ejus, sanctissimum illud auræ divinæ receptaculum, immortalitatis dono illustre fecit præpotens & cœlestis artifex. Futurum etiam erat, ut insignem hanc prærogativam ad omnem posteritatem transferret, nisi, parem cum Deo scientiam ambiens, graviter lapsus esset, labendoq; & semetipsum, & posteros suos divina hac tote exuisset. Inde est, quod, pristinae vivacitatis memores, mortem, naturæ nostræ maxime infensam, tanto opere reformidemus, manibus pedibusque vim & imperium ejus frustra detrectantes. Quod & in hominibus, ab Ecclesia mysteriisque divinis alienis, deprehendimus; qui, etsi primævæ innatæque felicitatis ignari sunt, tantum tamen sui desiderium in iis reliquit divinum hoc immortalitatis decus, ut fragile quoque corpus ab interitu vindicare omnibus modis laboraverint. Cujus rei consequendæ spem credulis fecisse videtur ipsa corporum humanorum natura, quæ nova viriû accessione in qualibet eorum parte quotidie id sedulo restituit, siquid vigoris sensim depascitur & absumitur, siculorum agrorum non absimilis, de quibus Poëta:

*Æstiva quantum decerpunt luce capellæ,
Tantum fecundus gelida ros nocte reponit.*

Hinc non tam de re ipsa conquestos esse memini æternitatis hujus assertores, quàm potius de vitio instrumenti, quo animus noster res omnes amplectitur; hoc enim nisi tam hebes esset atque stupidum, facile medicinam, perennitatis effectricem, excogitaturum esse credebant. Quam sententiam Medicorum princeps, Galenus, ejusque interpretes, Theophrastus Paracelsus, alter quidem in libro de Marasmo, alter vero in libro de longa vita memoriæ prodiderunt. Accessit postmodum vafrities hominum, auri sacra fame laborantium, qui, quod illi in animo saltem & in votis habuerant, revera sese invenisse, præsentissimumq; adversus mortem
reme-

502

remedium reperisse, falso jactabant. Quo in errore veteres olim Ægyptios fuisse, Diodorus Siculus lib. I. Hist. commemorat. Meminit etiam Galenus in dicto libro suæ ætatis Philosophum, qui eundem vendiderit furnum, donec mors ipsa ludibrii hujus contemptusque sui justissimam de eo pœnam sumserit. Cumque hoc modo dies ipse stultitiæ vanitatisque redargueret ineptos immortalitatis sectatores, sanio rem quidem induerunt mentem, non omnem tamen ejus curam & desiderium deposuerunt posteris; sed illud, quod corpori denegatum intelligebant, ad famam transtulerunt, eamque æternitati consecrare maximopere allaborarunt. Inde profluxit, quod Plinius lib. 3. Ep. 7. ad Caninium Rufum scripsit: *Tanto magis hoc quicquid est temporis futilis & caduci, si non datur factis (nam horum materia in aliena manu) certe studiis proferamus; & quatenus nobis denegetur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur.* Hic neminem tam vili sorte, neminem tam abjectum sui que adeo immemorem videas, qui non quantulocunque opere & studio nominis sui famam prorogare cogitet. Ecceur gnavus agricola tam studiose ferit arbores, cum tamen sciat, tam angustis terminis concludi vitæ suæ spatium, ut ne minimum quidem earum fructum sibi polliceri queat? Ecceur ædibus exstruendis, cur liberis procreandis, cur innumeris aliis rebus operam navamus, nisi ut futura quoque nos cogitare, aperte significemus? Si quos virtus supra vulgus extulit, attendimus, quis quæso clarorum virorum, de Rep. bene merentium, tot tantaque pericula subiret? quis tot labores, non nisi feris nepotibus profuturos, susciperet, si iisdem finibus nomina eorum, quibus vita terminarentur? Omnium vero maxime in Principum aliorumque rerum humanarum modetatorum mentibus futurorum seculorum quoddam quasi augurium hæere credo, dum res tam præclaras maximeque illustres pro Ecclesiæ Reique publicæ salute eos moliri cernimus. Quo tot belli pacisque artes, quo tot saluberrimæ leges, quo alia sanctissima instituta tendunt? Quo valent publicæ illæ virtutis, doctrinæ disciplinæque officinæ, Scholæ, Gymnasia, Academia, Xenodochia, Nosocomia, Orphanotrophia, nisi ut animis eorum, quorum usui destinata sunt, sempiternam auctorum conditorumque suorum memoriam imprimant? Piget aliunde & longius veritati petere assensum, cum Illustri documento nobis sit Reverendissimus & Serenissimus quondam Princeps ac Dominus, DN. AUGUSTUS, Primas Germaniæ, & Archi Episcopatus Magdeburgensis Administrator, nec non Saxonæ, Juliae,

22
FK 114 1133

Juliae, Cliviae, Montium &c. &c. &c. Dux multo
Gloriosissimus, Augustaeque nostrae Gymnadis Sta-
tor munificentissimus. Phidiam hic eximia & admirandae
artis statuarium imitatus est, qui, teste Tullio lib. 1. Tuscul. Quæst.
æternitati consecraturus famam, speciem sui similem Minervæ
clypeo inclusit, quo omnium facillime voti se compotem fore ex-
istimabat. Quid D. noster AUGUSTUS? Eodem cum Phidia
desiderio laborans, Minervæ suæ Leucopetrensi, omniumque hu-
jus Alumnorum pectoribus ita inclusit sui imaginem, ut perpetim
eorum quasi oculis obversetur, & quotidie gratis oberret menti-
bus. Nemo certe hanc Musarum sedem, Illustre Augusteum,
dico, nominabit, quin simul Venerabile nomen D. AUGUSTI
summa cum reverentia & submissione, in mentem revocet, Prin-
cipalemque ejus Munificentiam sancta memoria recolat. Hic ipse
dies, quo Gloriosissimum nostrum Musagetem mortalitati
succubuisse non sine summo mœrore recordamur, perpetuo Eum
in animis nostris vivere, testis erit. Sunt Musæ Candelarum simi-
les, quæ flammam & quasi vitam, quam aliis acceptam ferunt, iis-
dem extinctis reddunt. Renovabimus igitur crastina, si De-
us dederit, luce H. L. Q. C. perenne illud monumentum
quod REVERENDISSIMO PRÆSULI, SERENISSIMO QUE
PRINCIPI nostro dudum posuit virtus, interitus nescia.
Quorumcunque nunc interest, (omnium autem quam plurimum
interesse puto) ut pie glorioseque defunctis perennis honos constet
& gloria, hos omnes ac singulos, pro cujusvis eminentia & digni-
tate decentissime compello, & summopere rogatos cupio, ut non
graventur, frequenti concursu huic adesse solennitati, nobiscum
testaturi, quam reverenter habeant sanctissimos & beatissimos
manes Principis, qui infinitis meritis Ecclesiam & utramq; Rem-
publicam æternum sibi devinxit. PP. die festo, SS.
Trinitati sacro. A. O. R. M. DC XCIX.



107

no



cum Deo scientiam
 metipsum, & postea
 pristinae vivacitati
 infensam, tanto pe-
 imperium ejus fru-
 Ecclesia mysteriis
 mævæ innatæque
 rium in iis reliquit
 quoque corpus ab-
 rint. Cujus rei con-
 porum humanorum
 eorum parte quoti-
 scitur & absumitur
 Poëta :

*Æstiva quantum
 Tantum fecundum*

Hinc non tam de r-
 jus assertores, quã
 noster res omnes a-
 que stupidum, facile
 taturum esse credeb-
 Galenus, ejusque in-
 dem in libro de Marasmo, alter vero in libro de longa vita memo-
 riæ prodiderunt. Accessit postmodum vafrities hominum, auri sa-
 cra fame laborantium, qui, quod illi in animo saltem & in votis ha-
 buerant, revera sese invenisse, præsentissimumq; adversus mortem



oris sui similitudinem
 nullaque adhuc pec-
 corpus quoque ejus,
 ræ divinæ receptacu-
 ono illustre fecit præ-
 ex. Futurum etiam
 prærogativam ad o-
 nsferret, nisi, parem
 esset, labendoq; & se-
 uisset. Inde est, quod,
 turæ nostræ maxime
 is pedibusque vim &
 & in hominibus, ab-
 ndimus; qui, etsi pri-
 um tamen sui deside-
 tis decus, ut fragile
 us modis laborave-
 cisse videtur ipsa cor-
 cessione in qualibet
 vigoris sensim depa-
 absimilis, de quibus

mini æternitatis hu-
 menti, quo animus
 si tam hebes esset at-
 effe&tricem, excogi-
 medicorum princeps,
 aracelsus, alter qui-
 dem in libro de longa vita memo-
 riæ prodiderunt. Accessit postmodum vafrities hominum, auri sa-
 cra fame laborantium, qui, quod illi in animo saltem & in votis ha-
 buerant, revera sese invenisse, præsentissimumq; adversus mortem

reme-

